



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Militia Sacra || Dvcvm Et Principvm || Brabantiae,||

Molanus, Johannes

Antverpiae, [1592]

De sacra militia Imperatoris Henrici cognomento Nigri, quem Germani III.
Itali II. vocant. Cap. XLIV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38114

maciam comprimendam, & tanti mali consuetudinem extirpādam, omnium qui coniurauerant ciuium prædia in vrbe, suburbio, agrōue per quinque millia passuum in circuitu sita, ecclesiæ Cremonensi addicit; prohibens ne Dux, Marchio, Comes & Sculdasio eam possessionem prohibere, aut vlla ratione turbare possit.

Toto eius Imperij tempore Gothelo Ducatu Lotharingiæ præfuit, ex substitutio-
ne S. Henrici.

De sacra militia Imperatoris HENRICI cognomento Nigri, quem Germani III. Itali II. vocant.

C A P. X L I V.

HENRICVS Niger anno C I C XL. Con- Hic vnum
creauit Ducem Bra-
bantie.
rado patri in Imperio successit. Hic gra-
ui bello restituit Petrum Vngariæ Regem,
Stephani nepotem, quem inuisum suis & sus-
pectum ob studium & affectum erga peregrini-
nos, Christianæ religionis caussa, & quod
insolentius atque crudelius multa faceret de
consilio paucorum à quibus pendebat, Quo
quidam conspirationis Dux regno pepulerat.

Deinde anno ∞ . x l v i . vt Sigebertus
notat, vno contra duos, & duobus contra
vnum de Papatu contendentibus, Rex Hen-
ricus contrā eos Romam vadit, & eis cano-
nica, & imperiali deinde censura depositis,
Suidgerus Bambergensis Episcopus, qui &

E 5 Cle-

Clemens, Romanæ Ecclesiæ præsidet, & ab eo
Rex Henricus in Imperatorem benedicitur.

Ab hoc Clemente Imperator renunciatus,
exercitum duxit in Italiam vltiorem: vbi
inter Nordmannos & veterum Longobar-
dorum reliquias bella erant. Quibus compo-
sit is, præsidiisque dispositis, quæ vtrosque in
officio continerent, & Nordmannos, si per-
gerent tumultuari, compescerent: exer-
cum in Germaniam reduxit.

Postea Leoni nono Pontifici ex Germa-
nia in Italiam reuertenti magnum exercitum
addit, Duce Godefrido Lotharingo: qui
augescentem Nordmannorum potentiam
retunderet.

Ipse quoqñ postea in Italiam reuersus est,
rebus turbatis opem allaturus, vbi annum
integrum commoratus, rebusque composi-
tis, exercitum contra Sclauos Lusatios in-
struxit, qui ad internacionē cæsus est. Quam
iacturam cum grauiter tulisset, non ita mul-
to pōst obiit anno 80. LVI.

*De sacra contra Nordmannos militia GODE-
FRIDI Ducis Lotharingiae.*

C A P. X L V.

z. Braban-
tia Dux ex
beneficio Im-
peratoris. EX beneficio Henrici Nigri, Gotheloni
in inferioris Lotharingiæ Ducatu suc-
cessit Godefridus filius. Scribitenim Sige-
bertus ad annum 810. XLIII. Gothelo Dux
obiit. Cuius filius Godefridus dum ei Du-
catus